PETRVS Millinus Vtriusq signature Referendarius S.D.N.D. Gregorij diuina prouidentia Pape XIIIJ
et sancte sedis Aplice in Hispaniar regnis cum potestate Legati de latere Nuncius Iuriumq Camere Aplice Collector generalis Dilectis Viris
Guardiano Sancti Francisci ac Co'mendatario Beate Marie de Mercede Monasterior oppidi de Huete Conchen' dioc et vrum cuilibet Sa
lutem in Domino Exparte dilector nobis in xpo Didaci de Andrade ac Bernardini Gomez clericor dicti oppidi nobis oblata petitio
continebat quod nos alias ad instan' R.P.D. Jacobi Gratij militis militie xpi Prothonotarij Aplici Abbreviatoris ac continui co'men
salis nri Literas seu Mandatum Censurar decreuimus per quas seu quod heredibus ac testamentarijs q. Alfonsi Ortiz defuncti
etiam sub excois late sntie pena mandauimus vt quandam pecuniar quantitatem quam idem Alfonsus dicto R.D. Jacobo
debebat et debet intra certum prescriptum tporis spatium persoluerent seu persolui facerent Et licet idem Alfonsus defunctus
eosdem exponentes in suos testamentarios nominasset Nihilominus ipsi officium huiusmodi exercere non curarunt nec eu
admisserunt Quare nobis humilr supplicari fecerunt vt eosdem a dictis censuris absoluere dignaremur Nos igitur et
de Consensu dicti R.D. Jacobi vobis et vrum Cuilibet per presentes Mandamus quatenus eosdem expo
nentes et eor quemlibet a censuris dictis per nos vt predicitur latis in forma Ecclesie consueta absoluatis
imposita eis pro modo culpe penitentia salutari Ipsosq fidelium Vnitati et participationi ecclesiasticor Sacra
mentorum restituatis seu quilibet vestrum absoluat et restituat Datum Madriti Tolet dioc Anno Dni Mil
lesimo Quingentmo Nonagesimo Primo Octauo Kal Junij Pontificatus dicti S.D.N. Pape Anno Primo

P. Millinus Nuntius Aplicus

Jac.s Gratius

Absolutio a Cen.

Perg. 110

o. P.º fol. 248.

N. 11

[illegible]